

Cicéron défend Sextus Roscius Amerinus, accusé de parricide, et rappelle ici l'horreur d'un tel crime et ses conséquences psychologiques sur l'assassin.

Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet
religionem paternus maternusque sanguis ; ex quo¹ si
[ali]qua macula concepta est, non modo elui non
potest, verum usque eo permanat ad animum ut²
summus furor atque amentia consequatur. Nolite enim
putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtis,
eos qui³ aliquid impie scelerateque commiserunt agitari
et perterrerī Furiarum taedis ardentibus. Sua quemque
fraus et suus terror maxime vexat, suum quemque
scelus agitat amentiaque adficit, suae malae
cogitationes conscientiaeque animi terrent ; hae sunt
impiis assiduae domesticaeque Furiae quae dies
noctesque parentium poenas a conscleratissimis filiis
repetant.

1 *Ex quo* (relatif de liaison = *et ex eo*) : par/avec celui-ci.

2 *Usque eo... ut* + subjonctif : jusqu'à ce point... que

3 *Eos qui* = ceux qui. *Eos* = pronom de rappel *is, ea, id* à l'accusatif masc. pl. sujet des verbes *agitari* et *perterrerī* dans la proposition infinitive dépendant de *putare*.